Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Homo quidam erat diues. LVCAM. I
& induebat purpura & bysso. & epulabat cot
idie splendide Et erat quidam mendic nomine
lazarus. qui iacebat ad ianua eius ulceribus plenus cupi
ens saturari de micis que cadebant de mensa di
uitis. Sed & canes ueniebant. & linguebant ulcera eius.
Factum est autem ut moreretur mendicus. & portaretur ab
angelis in sinum abrahe Mortuus est autem & diues. & se
pultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset
in tormentis. uidit abraham alonge & lazarum in sinu
eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei.
& mitte lazarum ut intinguat extremum digiti sui in
aqua ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac
flamma. Et dixit illi abraham. Fili. recordare quia recepisti
bona in uita tua. & lazarus similiter mala. Nunc autem
hic consolatur tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos
& uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui uolunt hinc
transire ad uos non possint. neque inde huc transmeare. Et
ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei
habeo enim quinque fratres. ut testetur illis ne & ipsi uenI
ant in locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham.